



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 175. Sessio XLIII. Basileensis Synodi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

tempore Viennæ degentem Eugenii & Sæcul. XV.  
Basileensium Oratores convenerant, fin- A.C. 1441.  
gulis summo studio, ac animi contentio-  
ne caussam suam tuentibus. Fridericus  
horum rationes percepit, sed eorum po-  
stulatis nihil concedens, totum negotium  
ad comitia, quæ Francofordiæ mense  
Novembri, die S. Martino sacra celebra-  
rentur, distulit atque de communi Prin-  
cipum consilio rem esse decidendam e-  
dixit. Nihilominus hunc Imperii con-  
gressum nennijs mense Majo anni supra  
millesimum quadringentesimi quadrage-  
simi secundi habitum esse constat. Ce-  
terum Albertus, qui Cæsari proxime san-  
guine junctus erat, Felici adhærere, ei-  
demque obsequium suum ad extremum  
usque vitæ diem deferre professus est.  
His peractis solutus est Moguntiæ con-  
ventus: Basileenses vero, cum ipsis ulte-  
riora proponere integrum non esset, pro-  
lixam apologiam scripserunt, quam ubivis  
follcite disseminarunt, dicta ac rationes  
eorum, qui Eugenio Papæ favebant, e-  
nervare volentes.

### §. CLXXV.

#### *Sessio XLIII. Basileensis Synodi.*

Moguntino conventu tandem absoluto, *Labb. Cone.*  
celebrata est Basileæ Sessio ordine <sup>to. 12. p. 684.</sup> quadragesima tertia. Per longum tem-  
pus,

Sæcul. XV.      pus, antequam dicta sessio haberetur, in  
A. C. 1441.      ter Basileenses de Festo Visitationis Be-  
 tissimæ Virginis Mariæ disceptatum est

*Acta Patric.  
to. 13 Conc.  
pag. 1594.*      eoquod hac super re decretum condere  
 meditarentur. Evidem Bonifacius IX.

anteriore tempore Constitutionem de hoc  
 argumento publicavit: cum vero ejus  
 Bulla schismatis tempore facta, a Setta-  
 toribus alterius Obedientiæ non suscep-  
 tanta, Basileenses inde opportunum  
 captantes obtentum de festivitate illa a-  
 liud confecerunt Decretum. Verum  
 prolixa, & ardua inter eos suborta est  
 contentio de modo, quo hoc decretum  
 conciperetur. Delineabat Æneas Syl-  
 vius formam illius, quæ ceteris quoque  
 placuit. Nova tamen succrevere jurgia,  
 cum plerique opinarentur, hoc Decretum  
 promulgandum esse *Felici nomine*, sacro  
 approbante *Concilio*; idipsum enim obser-  
 vatum dicebant in antiquis Conciliis;  
 alii ex adverso contendebant, addendum  
 esse, *Papa Felice Præsidente*, ut olim Se-  
 nis factum fuisse asserebant. Tandem in  
 hanc iverunt sententiam, decretum ne-  
 quaquam nomine Papæ publicandum  
 esse; perspiciebant enim, Felicem a ple-  
 risque Principibus tanquam verum Pa-  
 pam non recipi, hinc si ejus nomine de-  
 creta promulgarentur, omnem Concilii

*Cochl. Hist.  
Husit. lib. 9.*

auctoritatem labefactatum iri. Narrat  
 quoque Cochlæus, Basileenses promis-  
 se

se Nationi Germanicæ, quod quandocun- Sæcul. XV.  
que Imperator & ceteri Principes se pro A. C. 1441.  
Synodo, quam proxime celebrandam sta-  
tuissent, declaraturi forent, in illa Feli-  
cem Præsidis vices non suscepturum, sed  
Concilium in omnibus processurum,  
quemadmodum ante electionem Feli-  
cis (\*) factum fuisset.

### §. CLXXVI.

#### *Decretum de festo Visitationis B. Virginis.*

Igitur Constitutionem edunt de celebra- *Collect. Conc.*  
da festivitate Visitationis Beatæ Vir- *tom. 12.*  
ginis; nullam tamen in hoc Decreto  
de Felice Papa mentionem faciunt,  
decernentes, ut per singulas Christianorum  
Ecclesias quolibet anno sexto nonas Julii  
festum hujusmodi visitationis gloriosæ Vir-  
ginis

---

(\*) Merito Spontanus ad hunc annum  
num. 4. subjunxit: *At quod hoc monstri ge-*  
*nus, ut corpus fieret sine capite, caput sine*  
*corpore? Verum & nos istud divina providen-*  
*tia permisum existimamus, ne vel umbra qui-*  
*dem Romani Pontificatus eorum instituta sive*  
*illa in se pia, sive impia, certa semper absque*  
*ulla legitima auctoritate fabricata, relata dici*  
*possent . . . O bellum Pontificem! o fadam*  
*colluviem!*